

*osus, quicunq; per legem justificabimini Sc. Et hoc peculiariter obser-  
vandum est contra Calvinianos, qui strenue negant, Apostolum Pe-  
trum ter Christum negando una fide excludisse: Itaque hic nota-  
dum, quod gravius quidem peccent iij, qui cum destinato animi pro-  
posito & consilio peccant, quam qui c*εκ τελήψις* & præoccupa-  
tione. Interim tamen hi nullam excusationem merentur; sed æter-  
nâ poenâ & damnatione puniendi: Sunt tamen gradus peccato-  
rum varii; inæqualia enim sunt peccata, æstimatur autem peccato-  
rum inæqualitas (1.) Ex objectorum Diversitate; gravius enim pec-  
cant iij, qui in Deum, quam qui in hominem delinqunt 1.Sam.2. Se-  
vir in virum peccaverit, exorari potest, sed si in Deum Sc. Sic etiam gra-  
vius peccant iij, qui in Magistratum contumelias evomunt, quam  
qui privatum injuriâ afficiunt. (2.) Ex diversiscaufis è quibus pec-  
cata fiunt, sic V. G. gravius peccant iij, qui scientes & volentes, quam  
qui per errorem & per ignorantiam peccatum aliquod designant,  
quod prob. Heb. 10. Nam gravius peccant illi Sc. Sic Paulus 1. Tim.  
1. 18. Hoc preceptum commendo tibi fili Timothée, juxta Prophetias quæ  
de te processerunt, ut milites in eis bonam militiam. Sic milites cruci-  
figenes Christum Luc. 23. (3.) Ex personis à quibus fiunt. Sic v.g.  
Gravius est peccatum, quod committitur à fideli & illuminato,  
quam quod committitur ab infideli, qui ad societatem fidei & par-  
ticipationem gratiæ & renascentiæ nondum pervenerat, id quod  
probo Joh. 15. Non negamus absolute illos non habere peccatum;  
sed quod peccatum tantum non habeant, ac fideles, & hoc illud  
Luc. 12. 47. Servus ille, qui cognovit voluntatem Domini sui, & non fa-  
cit secundum eam, vaporabit multis.*

*Q XV. Ex v.7. Quod si in luce ambulamus Sc. & sanguis Jesu Christi Filiū  
Dei emundat nos ab omni peccato. In hoc egregio Aphorismo Aposto-  
lico quinq; venient consideranda: (1.) Causa emundationis & pur-  
gationis meritoria, quæ notatur nomine Jesu Christi Filii Dei; ipse  
enim Jesus Christus Filius Dei mundat nos ab omnibus peccatis, est  
enim ipse Mediator noster inter Deum & homines 1. Tim. 2. Αποτέλεσμα  
το ενιοι sunt opera utriusq; naturæ; sed mediatio est δωτέλεσμα.  
E. (2.) Medium purgationis quod est sanguis Jesu Christi; præmium  
enim, quo nos redemit, genitum est, (3) sanguis, ut hoc in loco  
& 1. Pet 1. 6) Anima Christi Joh. 10. ubi Christus ipse ait: Ego pa-  
ro animam meam pro omni Matth. 18. Filius Dei venit ministrare & non  
mini-*